

disp. 142. in i. Thom. & 143. Vide etiā Johanne de Rada part. i. controv. contr. 3. p. 126. & controv. 9. 10 11. 12. & Vasquez Tom. 2. in Thom. disp. 111 cap. 1. Durandi opinionem rejicit, & Richardum de S. Victore vindicat à recentiorum calumniā. Accedit aliis dissensus: Nam Scotus sextam notionem in filio inspirabilitatem adstruit. Contrà Cajetanus quinqu solūm notiones assignat, apud Vasquez disp. 137. Tom. 2. in i. Thomas.

Annon est de fide, simplicem tenere fidem de filii ineffabili generatione? quam Scriptura simpliciter proponit: Quorsum ergo tot sententiæ? ubi consensus, ubi tot disconvenientiæ.

An Spiritus S. distingueretur à filio, si ab eo non procederet? Sententiarum apud Tanner. Tom. i. Th. Schol. disput. 4. q. 4. d. 6. n. 1. diversitas & Joh. de Rada part. i. controv. 15. p. 237. & Vasquez disp. 147. in i. Thom.

An Spiritus S. procedat liberè? Dissentunt, teste Johanne de Rada, part. i. controv. cont. 14. p. 205.

An duæ personæ per se spireant? Alii affirmant, alii negant. Vide Suarez lib. 10. de princip. S. Sancti cap. 6. n. 1. seq. & variæ